



Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1581 usque ad annum 1589

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1772

VD18 90118650

§. 28. Colloquia apud Nuntium, ac censura a Lovaniensibus Doctoribus vindicata.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67246](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-67246)

Sæcul. XVI. Enimvero Facultas una congregata ex
A.C. 1588. communi omnium sententia hanc cen-
 suram publici juris non fecerat, haud
 tamen ignoratur, quod ex Docto-
 ribus præcipui illam ad varias urbes
 transmisissent, imo ipsimet eam illuc
 detulissent; quippe Michael Bajus Cen-
 suram ad Episcopum Namurcensem, &
 Duacum ad Stapletonum miserat:
 Gravius vero profectus fuit ad Archi-
 episcopum Mechliniensem Mechliniam,
 & ad Lindanum Bruxellas, & ad Ca-
 meracensem Montes Hannoniæ, iisque
 Censuræ exempla tradidit: alii au-
 tem Doctores illam alio miserunt.

§. XXVIII.

*Colloquia apud Nuntium, ac cen-
 sura a Lovaniensibus Doctoribus
 vindicata.*

*Justif. seu
 defens. cus.
 Facult. Lov.
 Paris. 1641.*

Paucis post hunc congressum diebus
 vigesima quarta Junii Pater Lessius
 Nuntio Pontificio tria diversa scripta,
 quæ Doctores contra eum divulgaverunt,
 tradidit unacum suis responsionibus ad
 eorum objecta: præprimis vero Lessius
 sæpe, atque impense rogabat, ut ad-
 hibito Nuntio, & Notario sibi disputare
 liceret cum Facultatis Theologicæ De-
 putatis, qui eum interrogarent, eique
 objicerent circa propositiones contro-
 versas, quæcunque vellent, ipse vero
 vicif-

Sæcul. XVI.
A.C. 1588.

vicissim illis respondere posset. Placuit id Sedis Apostolicæ Nuntio, & Archiepiscopo Mechliniensi, qui mandabat Facultati, ut duos e suo corpore ad hoc deputaret. Fecit hoc Facultas, deputatis Gravio, & Lensæo Doctoribus: cum vero die sexta Julii Nuntius utrumque Facultatis Deputatum unacum Patre Lessio disputationi initium daturus convocasset, horum Deputatorum literæ, quibus agendi potestas eis dabatur, minus sufficientes fuerant creditæ, eoquod non daretur eis absoluta, ac plena potestas cum eo conferendi circa dogmata ista controversa, sed tantum cum hac restrictione, ut in nulla sententia ambigua possent quidquam statuere, nisi prius referrent ad Facultatem: porro hoc nihil aliud erat, quam ejusmodi collationes nimium protrahere. Postea Mechliniensis Archiepiscopus proposuit, hanc rem scriptotenus esse pertractandam: verum hæc concordia ratio longius tempus exigere, atque aliunde minus proficua censebatur, eoquod censura, atque apologia sufficerent, ut Sedes Apostolica judicium ferre posset: cum autem Archipræsul suæ petitioni firmiter insistere, tandem Nuntius consentit, ut adhuc semel liceret Facultati scripto agere, ea tamen conditione, quatenus

hoc

Sæcul. XVI. hoc scriptum Patri Lessio exhiberetur,
 A.C. 1588. ut tunc, si hic vellet, posset eidem re-
 spondere: insuper non ulterius proce-
 dendum decernebat Nuntius, cum dein
 utriusque partis scripta Romam mit-
 tenda forent, ut res denique decideret-
 tur. Denique Gravio, & Lensæo a
 Facultate demandatum, ut apologiam
 hanc conscriberent, atque censuram
 vindicarent, & defenderent: hæc ta-
 men nonnisi sexta die Mensis Septembris
 Nuntio tradebatur, quæ omnium ejus-
 dem Facultatis Doctorum concordia con-
 sensu, necnon a quovis Doctore sigil-
 latim confirmata, ac recognita fuit, de-
 cretumque, ut ea a Decano omnium
 Doctorum nomine subscripta Nuntio
 traderetur, testatumque fieret, quod
 una omnes quoad singula communem
 consensum præstitissent, ac Facultatis
 sigillo apposito Andreas Saffanus præ-
 fatæ Facultatis pedellus, & Notarius
 publicus sese subscriberet, prout etiam
 factum fuisse in actis typo impressis cer-
 nitur: verum Nuntio hæc subscribendi
 ratio, quamvis semper usitata fuerit,
 minus probari videbatur, quapropter
 aliam exhiberi voluit: hac igitur super
 re Facultas conventu sæpius habito de-
 liberabat, tandemque unanimi consensu
 statuebat, in hac subscribendi norma
 nihil esse immutandum: quocirca illam
 etiam

Sæcul. XVI.
A. C. 1588.

etiam Nuntius illæsam acceptabat. Sub idem tempus, postquam Facultas suam censuram a Moguntinis, & Trevirensibus Theologis fuisse damnatam compererat, Gravius eisdem respondere, atque in suo scripto declarare jubebatur, quod horum Theologorum censura, cum pronuntiata esset contra aliquod scriptum, quod hi iidem Theologi non legerunt, imo nequidem conspexerunt, nonnisi ausum mere temerarium, summamque impudentiam sapiat: porro Nuntius dum Facultatis apologiam receperat, eam Lovaniensis Collegii Societatis Jesu Rectori, necnon Patri Lesio die decima Septembris per Notarium publicum tradi præcepit, ut hi suam causam defensuri ad eam respondere possent: attamen Jesuitæ ad concinnandam hanc responsonem longius sibi tempus indulgeri postulabant, atque induciis obtentis tandem die decima septima Octobris suum responsum proferbant, illudque Nuntio tradebant.

§. XXIX.

*Nuntii conatus pro sopiendis diffidiis
ultro, citroque motis.*

Interim cum contententium partes in *Hist. Congr.*
eam curam intenderent, ut mutuas *l. i. c. 4.*
defensiones pararent, Nuntius Aposto- *p. 24.*
Hist. Eccles. Tom. L. M m licus